



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De duobus sacramentis id est, baptismo, & manus impositiēne. lxi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

*De inordinato si quasi ordinatus baptizare presumpserit. Cap. LVIII.*

*Ex decr. Hormisdæ papa, cap. 4.* **S**I quis baptizat, aut aliquid diuinum officium exercit per temeritatem non ordinatus, abiiciatur ab ecclesia, & nunquam ordinetur.

*Vt presbyteri populum admoncant vt suos infantulos ad confirmationem episcopo presentent.*

*Caput LIX.*

*Ex cõcil. Vvormaciæ, ca. 2.* **A**Nnuncient presbyteri populis, vt quam citantur presentari faciant. Quod si neglexerint, & presbyteri populus canonicis disciplinis subiaceant.

*Vt omnes perfectæ ætatis, ieiuni ad confirmationem veniant. Cap. LX.*

*Ex cõcil. Aureliæ, cap. 5.* **V**T ieiuni ad confirmationem veniant perfecte ætatis, & moneantur confessiones facere prius, vt maius donum sancti spiritus valeant accipere, & quia non Christianus, nisi confirmatione episcopali ritus christatus.

*De duobus sacramentis, id est, baptismo & manus impositione. Cap. LXI.*

*Melchior papa Hispaniarum episcopis hæc scribit, ca. 6.* **D**E his verò super quibus rogastis vos informatus est, vtrum maius esset sacramentum manus impositionis episcoporum, aut baptismus, scitote vtrunquod magnum esse sacramentum. Et sicut vnum à maioribus perficitur, à summis pontificibus quod à minoribus perficitur potest, ita & maiori veneratione venerandum & reuerendum est. Sed ita coniuncta sunt hæc duo sacramenta, vt inuicem nisi morte praueniēte nullatenus possint separari, & vnum sine altero ritè perfici non potest.

*Vt omnes Christiani ad confirmationem festinent. Cap. LXII.*

*Ex concilio Vvormaciensi, cap. 6.* **V**T ad prædicationem & confirmationem episcoporum omnes deuote conueniant, eique fideliter ministrent, & obediant.

*Item de manus impositione. Cap. LXIII.*

*Eusebius papa fratribus per* **M**ANUS quoque impositionis sacramentum maiori veneratione tenendum est, quod ab aliis perficitur potest, nisi à summis sacerdotibus. Nec tempore ap-